

1708.

1. Mörtingius, Fridericus Wilhelmus: De cruxione
psaltrica. 2 Sculp.

2. Coelius, Gerardus Franciscus: De applicacione
juri et factum.

3. Kestner, Henr. Sm: de fatalibus seu proscriptoribus
instantiis

1709

1. Kestner, Henr Sm: De jure Hispano in Nederland
Brabantium

2. Kestner, Henr Sm: De arbitrio iudicis.

1710

1. Kahler, Thomas: De requisitis missis fratribus ecclesie

2. Kestner, Henr Sm: De paucis quatuor annis
Romani in Germaniam recipiendis

3. Kestner, Henr Sm: De jure rerum, causa anni 184
7 VIII.

1710

4. Kestner, Henr. Ernest: De iuris legum, doctorum,
et bocardiocorum allegatione

5^o, 6^o Zell, Jacobus Hermann: De fidei per versallum
alienati prescriptione contra dominum Siccium
2 Sculp. 1710 - 1746

1711

1^o, 2^o Kestner, Henr. Ernest: De potestate principes et
abditas. 2 Sculp. 1711 - 1783.

2. Kestner, Henr. Ernest: De sacra legio politico

3. Kestner, Henr. Ernest: De iuribus iuris, ex com-
muni honestate accessoriis, collatione

4. Zellius, Hermann: De preferentia statutorum
discrepantium

1712.

1. Kestner, Henr. Ernest: De amore

2. Kestner, Henr. Ernest: De iustitia legum

1712


3. Kestner, Nov. 1712: De justitia bellic et pacis
seruissimis . . . Hammie Landgravis Coroli I.


is a good subject and it would
be more interesting than the usual
and ordinary ones.

Very soon after the
stroke you will be
able to speak again
and to walk again.

At first you will be
able to speak again
but you will not be
able to walk again.
After a few days you
will be able to speak again
but you will not be
able to walk again.

After a few days you
will be able to speak again
but you will not be
able to walk again.





1708. 16.
No: 586.

Q. D. B. V.
DISSE^TRATI^O
^{De} ERUDITIONE
POLITICA,
Oder/
Wie man cavalierement
studieren solle?

Quam
IN ILLUSTRI
ACADEMIA HASSO-SCHAUMBURGICA,
P R E S I D E

FRIDERICO WILHELMO
BIERLINGIO,

HISTOR. ET ELOQV. PROFESS. ORDIN.

Modesto Eruditorum examini offert

R E S P O N D E N S

FRIDERICUS LUDOVICUS ab HAUS.

Ad diem Mens. Mart. Ao. 1708.

H. L. Q. C.

R IN THELII,
Literis HERMANI AUGUSTI ENAX, Acad. Typogr.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

DE studiis aulici & milites interdum non
admodum magnifice sentiunt. Respondetur
illorum rationibus. §. I. Duplex natus evitan-
dus homini politico studiis operam danti. (1)
Negligentia cum superba inscitia conjuncta.
§. II. (2) Padantismus, de quo ulterius disqui-
ritur. §. III. Regula generalis, quomodo studia
instituenda sint. Audiendum scilicet est, legen-
dum, meditandum & conversandum. §. IV. De
studio Critico, & lingua Latina. §. V. De lingua
Gallica aliisque, nec non arte Oratoria. §. VI.
De Philosophia, quam homini potitica necessa-
riam esse, nec ancillari reliquis Facultatibus,
contra aliter sentientes ostenditur. §. VII. De
studio politico, & an artes seu strategemata po-
litica licite adhiberi possint? §. VIII. De Ethica
seu doctrina morum, & vitando Quietismo ac
Stoicismo. §. IX. De Historia, quem usum prebe-
at, & quomodo tractanda? §. X. De studiis Ma-
thematicis & Physicis, cur & quatenus exco-
tenda? §. XI. De Jure Natura. An Hobbesius
recte absolutam Principum potestatem defen-
derit? §. XII. De Jure Publico, Civili, Feudali
& Ecclesiastico. §. XIII.

*De studiis
Aulicis &
milites in-
terdum non
admodum
magnifice
semunt.
Respondeatur
illorum ra-
tionibus.*

ET si apud æquos rerum æstima-
tores in confessu sit, magnam esse
bonarum literarum & solidæ eru-
ditionis in Republica utilitatem ; (a)
non desunt tamen inter aulicos &
milites, (b) qui de studiis non admodum magnifice
seu-

(a) Multum profuisse bonarum literarum restorationem
ad excutiendum jugum sacræ Pontificum tyrannidis,
sub quo Principes & populus gemebant, longa pro-
batione haud indiger. Nunquam tam feliciter in
salutari reformationis negotio progredi potuisset
Lutherus, nisi ejecta barbarie viam præparassent
Erasmus, *Reichlinus*, aliqui. Fundamentum Papatus
est superstitio, quæ non armis pelli, sed calamo pro-
fligari debet. Nec potuerant Principes vexationi-
bus Pontificum liberare: exercitus, prælia, bella;
liberabat tandem senior doctrina, & florens eru-
ditio. Imo deberet studiis maximorum herorum
immortalitas. Dudum æterna oblivionis nocte pre-
merentur *Alexandri*, *Cæsaris*, *Caroli Magni*, aliorum.
que res gestæ, nisi tenebris eas eripuisset testis tem-
pore, lux veritatis Historia.

(b) Otiosa quæstio est: An arma literis, an hæ illis præ-
rendæ ? Neutris enim carere potest Republica,
adeoque eodem recidit disputatio, ac si subtiliter
disquireres: An potius cibo, an cibus potui præ-
rendus ? Fovere Principes debent eruditos, ut
habeant, qui bona ipsis consilia suppeditent, qui ju-
dicis præfint, qui juvenes in Academiis & Scholis
ad

sentiunt, sed potius existimant, non esse, cur Juvenes
illustri loco nati libris tractandis multum temporis
impendant. Sufficere enim naturale judicium
rebus gerendis, cui si deinde experientia accesserit,
studii facile carere posse hominem politicum,
in primis cum exempla Virorum de Republ. opti-
me meritorum extent, qui omni literarum præsidio
fuerunt destituti. (c) Imo tantum abesse, ut eruditio
homi-

ad bonas artes erudiant, & alia ejusmodi negotia cu-
rent; sed fovere etiam debent milites, ne desint,
qui consilia salubriter excogitata exequantur, qui
legibus vim atque pondus addant, qui denique Rem-
publ. defendant. Vide quæ prudenter, ut solet
hac de re notavit *Dr. Thomassius in Specim. Jurisp. In-
dic, c. VIII.* Uti vero male agunt aulici & milites,
si eruditos absque discrimine contemnunt, eosque
ironicis aut parum honorificis nominibus traducunt,
quod etiam a prudentioribus minime expectandum;
ita erudit quoque cavere debent, ne superbia, in-
comitis moribus, aut aliis nœvis istum contemntum
provocent. Non enim potest non irritare alios, qui
se solum sapere existimat, reliquos volitare sicut um-
bras.

(c) De Henrico Monmorancio habet *Gramondius lib. i. p. m. 15.*
ipsum non modo nescivisse literas, sed ne prima qui-
dem tenuisse elementa, ut portento haud absimile
videri possit, virum literarum penitus rudem solo
naturæ genio summum rerum apicem assècutum,
quem ambiguis temporibus tenuit, tanta laude, ut
aulicorum suæ ætatis princeps fuerit. *Philippus etiam
Comineus*, eqnes Flander, sola natura ingenique
bonitate, usque rerum civium, sine literarum
studii,

homines reddat prudentiores, aut ad vitam rectius instituendam aliquid conferat, ut potius multi illorum, qui maximum inter literatos nomen consecuti sunt, misanthropi fuerint, sordidi, morosi, litigiosi, & tanta affectuum intemperie agitati, ut suo exemplo refutaverint vulgatum illud:

— *ingenuas didicisse fideliter artes*

Emolliit mores, nec sinit esse ferros. (d)

Verum haec, utut speciose dicta, nihilominus non fatis

studiis, ad ingentem prudentiam enixus est. Vide *Jo. Andr. Bosii Diff. de Compar. Prud. Civil.* §. 43. Sed praterquam, quod ejusmodi exempla valde rara sint, & plura absque dubio praestitissent tales viri, si ad naturalis judicii acumen accessissent studia solidiora; confer etiam quæ dicemus lit. c.

(d) Reete omnino *Dn. Thomasius in fund. Jur. Nat. & Gent.* lib. I. c. III. §. 73. ait: *Eruditii stulti majores stulti sunt, quam reliqui, quia magis pertinaciter se habent pro sapientibus, quam reliqui, & quia sapientiam ipsimse contra rei naturam separarunt a prudentia.* Amplissimus se nobis panderet campus, si de vitiis & navis eruditorum differere ex instituto vellemus. Tegit hæc ulcera hinc inde in *Encomio Morie Erasmus*, & multa collegit *Theoph. Spizelius in felice & infelice literato. Lipsia* qvoque prodit. *Dissertatio de Eruditis absque moribus*, ex qua nonnulla excerpta reperies in *Novis literar. Hamburg.* Tom. III. p. 455 seqq. Id saltem dolendum, non raro, quod aliqui peccarunt, omnibus imputari, cum tamen illud *Comici diligenter expendi mereatur:*

— *Je hais seulement
La science & l'esprit qui gâcent les personnes.*

satis firmo fundamento nituntur. Naturale enim judicium, et si magnum Dei donum sit, & qui eo caret, nunquam aliquid egregii praestare queat; solum tamen, accedit quamvis experientia, ad res arduas gerendas vix sufficit, sed dum demum utilitatem habet, si diligenti cultura ad maturitatem fuerit perductum. (e) Quod vero eruditorum nonnulli a prudentia & moribus parum commendari mereantur, non eruditioni, sed perversæ hominum indoli tribuendum venit. Existimant scili-

*Ce sont choses en soi qui sont belles & bonnes ;
Mais j'aimerois mieux être au rang des ignorans.*

*Que deme voir savant comme certaines gens.
Volez la Comedie de Moliere intitulée les femmes savantes. Act. IV. Scen. III.*

(e) Ager licet fecundus, nisi colatur, fructus non dabit; & ingenium, quantumvis excellens, nisi cultura accedit, non est, quod magna ab eo expectes. Usu & experientia sola qui pollut, in illis quidem rebus, quas jam ante experti sunt, facile consilia inventiunt, in novis & insolitis non item. Habet & hoc incommodi experientia sola, quod fere unius Reipubl. finibus contineatur, & a seris demum annis veniat. Paucis: naturale judicium, experientia, & doctrina non separanda, sed conjungenda sunt in homine politico. Is enim demum vere prudens, idoneusque ad tractanda Reipubl. negotia est, cuius animum natura capacem doctrina probe imbuimus, tuis deinde & experientia firmavit atque perficit. Vid. Celeberrimi Theologi Dn. Jo. Franc. Buddei *diss. de Cultura Ingenii cap. I. §. 9. & cap. II. §. 5.*

(f) Ap-

scilicet illi, se, quia variarum rerum cognitionem habent, possidere quoque artem prudenter vivendi, in quo egregie falluntur. Dum igitur speculatibus immersi practica negligunt, non possunt non multos in moribus committere solecismus, (f) quos in sermone tanto studio fugiunt. Sed uti monuimus, hominum culpa hæc est, non doctrinæ. Habent & eruditæ viros satis decore & prudenter viventes, habent interdum & aula suum vulgus.

§. II.

Duplex Ut autem propriis ad rem accedamus, duos *nexus evi-* scopulos evitare debent, qui Reipublicæ, non *tandus ho-* scholæ, sua consecrarent studia, oder / die cava-
mini poli- lierement studieren wollen / negligentiam scilicet,
tico studiis & cum ea conjunctam superbam inficiat, & de-
operam dant. (1) inde Pædantismum. Non enim sufficit superficia-
Negligentia ria eruditio, sed elegans omnino & solida requiritur
cum superba in juvene illustri loco nato, et si subtilitates in va-
inficiat con- riis studiorum generibus occurrentes Doctoribus
juncta. Academicis relinquat. (a) Unde vehementer errat, si jux-

(f) Apposite Moliere ubi supra Act. II. Scen. 7.

*La moindre Solecisme en parlant vous irrite,
Mais vous en faites, vous, d'étranges en conduite.*

(a) In omnibus fere artibus & disciplinis usu venit, ut aliter studia sua instituant, qui alios rursus docere cupiunt, aliter, qui futuro saltem usui discunt. Ita valde ornat Professorem Juris, si subtilitates theo- reticas didicerit, easque cum studio Juris practi- co conjunxerit, quibus tamen Consiliarius, Judex, aut

si juxta Horatianum illud vitam instituit, ac libris
obiter saltē inspectis.

Gaudet equis, canibusque, & apri gramine hovp

campi,

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,

Ullitum tardus provisor, prodigus eris,

Sublimis, cupidusque, & amata relinqvere

pernix.

Non enim nisi labore hæc sacra constant, nihilque
magis ineptum est, qvam si homines nobiles, qvi
aliqvot in Academiis annos non studendo, sed qvibz
cunqve aliis occupationibus exegerunt, se ta-
men pro doctis habeant, ac de materiis eruditis
satis pro autoritate disputent, falsitatis vero vel er-
roris convicti respondeant : Sie bekümmerten
sich um die Schulfächerey nicht / sie hätten cavale-
rement studieret. Quasi vero hoc idem esset, ac sub-

B

aut Advocatus absque difficultate caret. Sed negli-
gentiae minime patrocinatur hæc nostra assertio.
Eruditio hominis politici non opus est, ut sit Profes-
soria, sed nec superficialia esse debet, quin potius
in medio stat inter utramque. Nec tamen nocebit,
plura didicisse quam quā ad summam necessitatem
faciunt. Superflua non nocent, & si non juvant,
ornant tamē ac delectant. Imo, non raro obser-
vare licet, aulicos & milites, si studia haud perfun-
ctioie tractarunt, majori cum judicio de rebus ad
eruditioiem pertinentibus differere, quam eruditos
ippos. Ratio est, quia hi pluribus interdum præju-
dicis laborant, minusque ab experientia valent,
quam illi, Und das heist alsdenn recht cavalierement
studieret.

(b) C'est

affectata eruditione, cum strenuo studiorum contemptu conjuncta, generosam ignorantiam tegere, quod facit ridiculus apud Comicum Gallum Marchio. (b)

§. III.

(2.) *Pedantismus*, de quo alterius disquiritur, vox est a Gallico idiomate deflexa, adeoque non satis castigata latinitatis. Sed adhibere tamen eam licebit, cum aliam non habemus, quæ ei æquipolleat. Originem Græcam si spegetes, Pædagogum significat, einen Schnellmeister / sed hodie communiter ironice efferi solet, Schulfuchs / (d) unde *Pedantismus*, *Schulfüchserey*. Vaga &

(b) C'est Monsieur le Marquis de Mascalille chez Moliere, qui dit: *Les gens de qualité savent tout, sans avoir jamais rien appris.* Voiez les précieuses ridicules Scen. 9. Lisez aussi la troisième Suyre de Mons. Boileau, & remarquez les vers suivans:

*Ovand un des Campagnards relevant sa moïstache,
Et son feutre à grands poils, ombragé d'un pennache
Imposé à tous silence, & d'un ton de Docteur
Morbleu ! dit-il, la Servo est un charmant Auteur,
Ses vers sont d'un beau style, & sa prose est courante.
La Pucelle est encore une œuvre bien galante,
Et je ne saï pourquoij je bailler en la lisant, &c.*

(a) Primam fcommati vulpecula scholastica occasionem pallio suo, pellibus vulpinis suffulto, præbuisse dicitur M. Caspar Arnurus, Lämmerzahl vel Lämmer schwanz, Thuringus, Logices & Ethices Professor Jenensis. Mos illorum temporum erat, ut vernacula nomina in latina aut græca flecterent eruditii. Annon &

& incerta fuit hujus vocis significatio, nisi quod in contumeliam doctrinæ hominumque eruditorum eam trahi satis appareret, donec eam accuratius descriptam dedit Belgii quondam decus Illustris JCTus Ulricus Huberus. (b) Magnum vocis abusum esse, si eruditus promiscue tam contumelioso nomine notentur, nemo prudentiorum inficias iverit; sed dolendum tamen simul est, multorum mores ita comparatos esse, ut vix in totum a Pedantissimi nota liberari queant. Non desunt enim, qui, dum inter minutias Grammaticas, Criticas, aut Scholasticas consenserunt, intolerabili fastu alios, harum deliciarum non adeo cupidos, contemnunt, ac certo certius sibi persuadent, neminem vere docti nomen tueri posse, nisi qui de patria Homeri (c) subtiliter differere, aut an *heres*, sive *heres*, autor,

B 2

vel
& ille Pedantissimum paulisper redoleat, mescio. Vide
Jo. Mollerij Homonymoscopiam p. 826.

(b) Addita habetur pulcherrima ejus & lectu dignissima ennod de Pedantismo Oraio Philosophia auctice Dq. Thomae. Nota enbon & sequentem descriptionem, quam affert Mons Boileau

dans sa quatrième Satyre:

Un Pedant enyné de sa vaine science,
Tout berisé de Grec, tout bouffi d'arrogance,
Et qui de mille Auteurs retenus mot pour mot,
Dans sa tête entassez n'a souvent fait qu'un Sot;
Croit qu'un Livre fait tout, & que sans Arioste
La raison ne voit goutte & le bon sens radoie.

(c) De Homero tam magnifice loquuntur Critici, ut omnem sapientiam ejus Poëmatibus contineri intrepide affirment. Mericus Casaubonus pronunciare haud dubi-

vel auctor, consumtum, vel consumptum scribendum sit, accurate examinare noverit. Noli cogitare, amice Lector, nos barbariem aut incultum sermonem defendere, aliam nobis sedere sententiam infra videbis; sed

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit considerare rectum.*
Annon & illi, qui in quotidiana conversatione semper disputant, in tantum loquaces, ut reliquis, qui adsunt, sola auscultandi gloria relinquantur, imo qui

dubitavit: *Qui Homerum contemnunt, vix illis optari quidquam peius potest, quam ut fatuitate sua fruantur.* Voiez les Nouvelles de la Republ. des lettres 1686. p. m. 87. Dedit hæc res occasionem elegantissimo scriptori Gallo, Fontenellio, introducendi in suis mortuorum dialogis Homerum & Æsopum mutuo colloquentes. Ingenuæ fatetur Homerus, se nunquam in fabulis Iliados & Odyssæa ista occultasse mysteria, quæ inde excuspliſſent Critici. Ita nos fallit antiquitatis præjudicium. *Homerus* suo tempore bonus Poëta fuit. Sed omnia nunc mutata sunt, modus vivendi & loquendi, religio, artes belli & pacis. Erant & suo tempore boni Poëta Ennius & Hans Sachse. Nunc politioribus ingeniis nec illi, nec *Homerus* amplius arrident, nec vitio illis vertendum, si in studiis suis quisquilias Criticas prætervehantur, quibus contra omnes prudentiarum regulas & Principum ingenia interdum torqueri solent. Audiamus Vassorium: *Un Gentilhomme d'esprit, dit-il, me racontait un jour, que Mons. le Dauphin disoit fort agréablement, qu'on veuloit qu'il fut clement Vaugirard se nommoit du*

qui & apud elegantiorem sexum Philosophiae Cartesianæ aut Peripateticæ flosculos proferunt, aut de rebus eruditis differunt, (d) denique omnes docti, qui singulare quid & inconditum in moribus præse ferunt, ad Pedantiarum classem perineant, facile licet judicare. Magna videres & eruditæ nomina, mi Lector, si exempla colligere vellemus, sed quia odiosa esse possent, præstat ea omittere. Nam & Pedantes non raro egregie docti sunt, dolendum saltem est, quod doctrinam tot ac tantis nævis apud

B 3

poli-

du temps des Druides. Voiez l'*histoire de Louis XIII.* Tom. III. l. XI. p. 8. Nota, nos de criticis quisquiliis saltem loqui. De genuinæ enim Critices studio haud abjecte judicandum esse, infra apparebit.

(d) Lepidum est, quod habet Moliere. Medicina Can-didatus Virginis, pro cuius sponso se gerit, disputatio-nem offert, quam contra defensores circulationis sanguinis, seu, ut ipse appellat, circulatores con-scripsérat, eamque ad spectandam anatomicam corporis feminæ proxime instituendam humanissime invitat. Voici les paroles de Mons. Thomas Diafoyrus : *J'ai contre les Circulateurs soutenu une thèse, qu'avec la permission de Monsieur j'ose présenter à Mademoiselle, comme un hommage que je lui dois des premices de mon esprit.* — — — *Avec la permission aussi de Monsieur je vous invite à venir voir l'un de ces jours la dissection d'une femme, sur quoi je dois raisonner.* Voiez le malade imaginaire Act. II. Scen. 5. Ne, quæso, te offendat, optime Lector, frequentior scriptoris Comici citatio, si forte severioris frontis es, aut seriatan-

politiones & magis decore viventes homines ex-sam reddant atque contemtui exponant.

§. IV.

Regula gene- Generalis regula, qvæ in studiis observari
ralis quomo- debet, hæc est, ut elegantioris doctrinæ & morum
do studia in- Studiosus diligenter viros doctos audiat, selectos
stituenda libros legat, lecta & auditæ sedula meditatione
sint. Audien- recolat, ac denique prudenter conversetur, &
dum scil. est, hæc omnia ita temperet, ut alternis vicibus sibi
meditati- succeedant, nunquam eum obruant. Hoc si faciet,
dum & con- studia, qvæ multis Juvenum nescio quid molestiæ
versandum. & difficultatis habere videntur, delectationem &
 voluptatem ipsi afferent, & dum in Academia ver-
 fatur, se in ludo literario versari putabit, cum illi,
 qui perpetuo legunt absqve meditatione aut con-
 versatione, memoriam saltem obruant, judicium
 vero supprimant, prudentiam vivendi negligant.
 Non sufficit ad corporis robur firmamqve valetu-
 dinem multos cibos stomacho ingessisse; nec ad
 eruditioñem multa legisse qvieqnam confert, nisi
 diligent meditatione in succum & sanguinem con-
 vertantur, et si non ignoremus, eos, qui a sola
 memo-

tantum te delectant. De gustibus non est disputan-
 dum. Comœdia Molieri vitia hominum pulchris
 & nativis coloribus depingunt, & doctrinam mora-
 lem fistunt, non quidem austera, sed salibus &
 facetiis conditam. Ridendo autem verum dicere
 quid yetat?

(a) Sunę

memoria valent, per insignem nominis abusum Polyhistores hodie vocari. (a) Nonnulli eruditorum conjungenda separantes in eam devenerunt sententiam, ut parum aut nihil lectioni, omnia meditationi tribuerent, inter quos memorantur Renatus Cartesius & Thomas Hobbes. (b) Conversationi autem ideo locus relinquitur est, ut animus recreetur, ut studium naturae humanae, cui præcipue incumbere debet homo prudens, excolatur, (c) ut denique multa

- (a) Sunt viri beatæ memoriae, qui expectant judicium. Modo aliquis in lucem emiserit *Cornelium Nepotem* cum notis variorum, statim audit Polyhistor hujus seculi famigeratissimus. Sed non sic itur ad astra. Plura requiruntur, ut aliquis mensuram tanti nominis implet. Qui vero implent, illud minime affectabunt, hoc enim Pædanticæ superbiæ & ridiculi fastus indicium foret, sed potius quovis modo deprecabuntur.
- (b) Sunt tamen, qui statuunt, studio dissimulasse *Cartesium*, quod libros aliorum legerit, ut ita eo facilius persuaderet, illa, quæ proferret, omnia ex suo auxilio ingenio. Voiez la Vie de Monsieur Des Cartes composé par Adrien Bailler Tom. II. lib. VIII. Ch. III. p. 467. siv. Hobbesius sape dicere solitus est, quod, si tantum libris incubuisse, quantum alii e literatis vulgo faciunt, eadem cum illis ignorantia laborasset. Voiez la remarque N. de l'article. Hobbes dans le Dictionnaire de Mons. Bayle. Id etiam diffiteri non possumus, ad Philosophiam libris non adeo opus esse, quam ad Historiam, aliaque affinia studia.
- (c) Vide omnino Dn. Thomasi Prudent. Consult. cap. IV. §. 38. seqq.
- (d) Con-

multa discantur, qvæ in libris frustra quæras, in Collegiis frustra expectes. Hic vero qvam maxime locum habet: *Ne quid nimis.* Aliud enim est ambulare per tabernas, latitare per popinas, uno verbo vagari, aliud conversari. (d)

§. V.

*De studio
Critico, &
lingua La-
tina,*

Progredimur ad ipsa studia, ubi statim in lamine literæ humaniores occurrunt. Quæri non immerito potest: An consultum sit, ut generosi juvenes artem criticam, & qvæ ad lingvam latinam excolendam, veteresque Autores intelligendos pertinent, tractent? Ad hanc qvæstionem distinet nobis respondendum est. Vel enim ars critica occupatur in minutis grammaticalibus, & tunc tantum abeat, ut ab homine politico excoli debeat, ut potius taliā ignorasse infer virtutes ejus numerandum sit; vel viam pandit ad notitiam antiquitatum, & ad veterum, historicorum præfertim, scripta recte interpretanda, & tunc philosophandum quidem hic est, sobrie. Qui enim ritus & instituta veterum nimium rimantur, hodiernos & quotidianos vivendi mores sèpius igno-

(d) Confer circa hunc paragraphum. Viri doctissimi Dn. Buddei Dissertationem jam supra nobis laudatam cap. III.

ignorant, quo nihil turpius Politico, (a) Non
equidem negandum est, labore primorum Critico-
rum post inventam typographiam multum nos
debere, cum illi utilissimos autores, vetustate de-
tritos & mire interdum mutilatos, in ordinem rede-
gerint, viamque ad illos legendos nobis aperue-
rint; sed cum vita brevis sit, ars longa, & veterum
scripta hodie satis nitide typis exscripta prostant,
haud svaferim Politices studioſo, ut illi Critices par-
ti, quæ emendatrix dicitur, bonas horas impen-
dat, aut usitatis vocabulis, *deleo, interpungo, cor-
rigo, manuscripti sic habent*, hoc ab antiquo ritu,
gloriolam apud patres conscriptos Reipubl. criticæ
quærat. Latinam lingvam quod attinet, utique
illa necessaria est Studioſo, quemcunque demum
scopum sibi proposuerit. Ornat itaque etiam Politi-
cum nitor & cultus Romani sermonis, in primis

C cum

(4) Noli existimare, benevolē Lector, nos genuinū
Critices studium, cum solida eruditione reali con-
junctū, contemnere. Grammaticorum ineptias.
& fastum Criticorum, pessimosque mores insecta-
mūr. Verus Criticus est Vir in linguis, Historia,
cognitione antiquitatum & rei literariæ probe ver-
satus, firmo iudicio prædictus, modestus & huma-
nus. Sed dolendum sene est, quod etiam maxime
celebres in hoc genere hominum omnem inter-
clam humanitatem & modestiam ejurasse videan-
tur. En verba doctissimi Viri Joannis Clerici: Des-
gens de ce caractere, & qu'on ne peut pas compter parmi
le Vulgaire. raisonnent souvent d'une manière pittoresque.

cum & Principum literas mutuas, de magnis in
Republ. negotiis tractantes, eodem non raro vi-
deas exarari. Nec tamen probamus morem non-
nullorum paedagogorum, qui, quamprimum voca-
bulum aut phrasis a Cicerone haud adhibita aures
ferit, clamant ac vociferantur, quasi de salute totius
Imperii ageretur. (b) Modo terse & perspicue
mens

¶ ne savent en aucune façon ranger leur's pensées ; ils
chargent leur memoire d' une infinité de més , mais
de très-peu de choses ; ils sont pleins d'un orgueil ridicule ,
qui fait qu'ils déclinent de tout avec un air de maître ,
qui est insupportable aux habiles gens ; ils mordent
tout le monde , ils se querellent entre eux pour des baga-
telles , & disent des injures de barangeres ; enfin au-
lien de cette politesse charmante , qu'ils disent que l'on ne
trouve que dans les Anciens , ils n'offrent à nos yeux
qu'une pédanterie qu'on ne peut souffrir que parmi les
Ecoliers . Parrhasiana Tom. I. p. 250. 251. Confer , si
lubet , Euphorionis , sive Johannis Barlaui Satyricon .
Part. I. p. m. 92. seqq.

(b) Scripsit contra istos verborum aucupes suum Cicero-
nianum in forma dialogi Erasmus , adversus quem
Orationes invictivas edidit Jul. Cesar Scaliger , tot ac-
talibus convitiis repletas , qualia vix infimum eple-
be hominem decerent. Si patriæ proditor , adulter,
sacrilegus fuisset Erasmus , vix acerbius tractari
potuisset , quam ob commissum crimen læsa Majes-
tatis Ciceronianæ . Merito Cicero optimus & castissi-
mæ latinitatis scriptor audit , sed & reliquis aureæ
atatis autoribus recte uititur purioris stylî Studiosus.
Volez dans le Diction. de Mons. Bayle la remarque I.
de l'article Erasme : Petrus Bembus & Angelus Poli-
tianus .

mens scribentis exprimatur, & solecismi, barbarismi, & germanismi evitentur, facile transigere licebit cum Grammaticis, ut aut talia non legant, aut, si legunt, acumen suum criticum tantisper suspenderant. *Samuelis Pufendorfi scripta latina* non habent stylum Ciceronianum, & tamen in honore erunt, quamdiu florebit orbis literatus. (c)

C 2

§ VI.

Romanus eo dementia dicam an impietatis processisse perhibentur, ut scripturam sacram legere nolent, ne scilicet Romani oris facundia aliquid detrimenti pateretur, asseverante *Bembo*, se stylum suum cum Marchionatu Mantuano minime permutaturum. Tantopere nempe in hominem Romanum transformatus erat iste vir, ut scriberet: *Papam Deorum immortalium beneficiis electum esse*; ut Mariam virginem *Deam appellaret*; ut denique non fidei & excommunicationis, sed magis latina vocabula persuasoris ac aqua & igni intenditionis adhibenda censeret. *Voiez les additions de Mons. Tassier aux Eloges de Mons. de Thou Tom. I. p. 11, 12. & conferez les remarques B & Ede l'article Bembus chez Mons Bayle.*

- (c) *Ezaias Pufendorfius* lecta rerum Sveciarum historia, quam frater condiderat, in votis dicitur posuisse, ut conscripto egregie operi Aristarchi & oculi accederent & manus, ut ad indolem antiquitatis oratio efformaretur. Hoe enim decus require e libros, qui velint atatem ferre. Vide vitam *Eziae*, quam *Opusculis ejus Academicis* a se editis præmisit *Celeb.* in Academia Halensi Professor *Jo. Petrus Ludovici*. Cedit forte quoad stylum *Touano Pufendorfius*, sed quoad res & judicium scribendæ historiæ pragmaticum nec *Touano*, nec ulli recentiorum est inferior, pluri-

§. VI.

*De lingua
Gallica ali-
isque, nec
non arte
Oratoria.*

Cum latina lingua Gallica omnio conjungenda est, quæ non solum in multis Principum aulis pro vernacula valet, sed in qua plurimi etiam libri docte, eleganter, & cum judicio scripti profant. Habuit enim Gallia, & habet etiamnum Viros in omni literarum genere versatissimos, & sunt quoque inter illos, qui patriam religionis causa reliquerunt, tales, quorum scripta legisse solidioris eruditionis cupidum minime pœnitebit. (4)

Si

plurimus superior. Et quamvis nec *Ciceronem*, nec *Livium*, nec reliquos aurea ætatis Historicos presso pede sequatur, habet tamen ipsius stylus vim quandam nativam animi cogitata significanter exprimendi, & lectorem allicit quasi atque occupat. Prudentius sane egit, quod libertati suæ nonnihil indulserit, quam si *Taciti* dictionem inconcina & frigida imitatione repræsentare tentasset, quod fecit *Gabriel Bartholomaeus Gramondus*, & magis inepte *Benjamin Priolus*. Melius res succedit *Hugoni Grotio* in *Annalibus Belgicis*, sed penitus tamen ipsum hujus instituti, parumque abfuit, quin opus istud rescriberet. Vide *Bæcleri* prefat. *Comment. in Grotium de J. B. & P. p. 30.* & confer. *le I. Tome du Parrhasiana p. 180.*

(4) Maxime commendandi sunt labores *Vassorii*, *Jacobi & Henrici Basnagii*, *fratrum Rondelli*, *Bernardi Jagvelotii*, *Balii*, alias uttaceamus. Ignoscunt nobis Viri celeberrimi *Bernardus* & *Jagvelotius*, quod in eadem serie collocaverimus *Belium*, cum quo tot ipsis controversia intercesserunt. Virtutem enim id est,

Si quid etiam Belgico, Anglico, aut Italico idiomate prodit, dignum quod plurium manibus teratur, non desunt, qui in Gallicum idioma illud transferunt. (b) in quo optimi etiam Autores Græci & Latini hodie leguntur. Scio nonnullos Gallorum de Germanis satis abjecte sentire, & habere illos pro compilatoribus magnorum voluminum, si judicium spectes, satis exilium, imo omnem ingenii elegantiam, in primis facultatem pangendi carminis, illis abjudicare; (c) sed pauci sunt, tribulum quoque

C 3 suffra-

id est, summam eruditionem, ipsos in hoste quoque laudare non ignoramus. *Eremontius* non equidens ob religionem, sed alias rationes exul, An. 1703. Londini mortuus, et si literis ex instituto operam haud dedisset, castra in juventute secutus, politissimi tamen ingenii & acris judicii Vir erat. Er hatte rechi cavaliere neant studieret.

(b) Non est nostri instituti, nec hujus loci, multos Autores coacervare. Duos saltem Anglos nominabimus, *Burnetum* & *Lockium*, quorum scripta gallica lingua extare, non potest non gratum accidere illis, qui studio historico & philosophico delectantur, & tamen idiomatis Anglici non sunt valde periti. *Burneti*, *Præsulis Salisburiensis*, *Historia* satis nota est. *Lockii de Intellectu humano* liber parem non habet, si forte loca nonnulla, ubi nimis prolixo & subtiliter disputat, excipias.

(c) *Buhrsius* (*Bailleti* enim & *Perronii* scimmata sciens prætereo) pronunciare non est veritus, prodigii instar esse, si Germanus in studiis, qua ingenii acumen & elegantiam requirunt, excellat, que c' est

comps.

suffragiis dudum damnati, quorum injurias injuriis compensare, aut maledicentiam imitari viro honesto indignum essent. Reliquas etiam cultioris Europæ linguas haud negligisse, si tantum temporis suppetat, Politices studiosum minime pœnitibit in

comme un prodige qu'un Allemand fort spirituel. Cagliagavit istam maledicentiam ex merito doctissimus Autor *Vindicularum nominis Germanici, contra grossam obrectatores Gallos; imp̄robarunt eam ex Gallis Basnagijs & Bælius,* (Voyez l' histoire des Ouvrages des Savans mois Juillet 1694. p. 499. & l'article Gretter dans le Diction. de Mons. Bayle) imo satis acri censura notavit Barber Daucour. Advocatus Parisiensis, sub ficto Cleanthis nomine latitans. Cum enim Jesuita libello suo titulum dedisset: *Enretiens d' Ariste & d' Eugene,* opposuit is eidem *Sentimens de Cleanthe sur les Enretiens d' Ariste & d' Eugene.* Vide Petri Bælii epistolam ad Almeloveenum, annexam Jo. Deckherri conjecturis de scriptis adepsis &c. p. 396. De Nanteo quoque sunt qui perhibent, cum asseruisse, paucissimos rep̄eriri in Germania viros solide eruditos. Id vero satis iniquum est, Gallos de poësi Germanorū tam abjecte & sinistre judicare, qui tamen lingvam nostram non intelligunt, sed potius miras de ea sibi formant ideas. Cum Helvetiorū dialecto eam convenire putavit Scuderia, ceu refert ex ejus ore Celeberr. *Wagenſeilius in Tractatu von den Meister-Sängern / additō Compl. de civit. Norimb.* pag. 453. Dari apud Germanos, qui ingentia volumina compilarent, parum ex proprio addiderunt judicio, non nego; sed habent quoque compilatores suum usum,

in id tamen præcipue incumbere debet, ut in vernacula nostra & latina non mediocrem sibi comparer eleganter dicendi facultatem. (d)

§. VII.

Studium linguarum excipit Philosophia. Hic *De Philoso-*
 in limine statim controversia nobis moveri poterit. *phia, quam*
Quid enim, inquiet nonnulli, homini politico cum *homini poli-*
Philosophia, quæ nec in aula, nec in foro ullum *tico necessa-*
habet usum, nec ad paneum lucrandum quicquam *riam esse,*
confert, sed homines Scholasticos saltem otiosis *nec ancillari*
speculationibus pascit; quæ, ut paucis multa com- *relinquis Fa-*
pleteantur, ancilla est, aut, si honoratori titulo ex *cultatibus,*
ingulari gratia eam dignari velimus, instrumen- *senientes o-*
tum stenditur.

etiam, quod & Galli non ignorant. Sunt vero hodie
 in Germania Viri arte ratiocinandi probe instructi,
 qui non exscribunt, sed suas afferunt meditationes,
 et si aliorum testimonii interdum confirmatas aut
 exornatas.

(d) Politicus et si non debeat esse loquax, quam maxime
 tamen debet esse eloquens, & artis persuadendi
 probe peritus. Valde autem falluntur, qui eandem
 compositione Chriæ aut Oratione, cuius præcepta
 in Rhetoricis libellis extant, absolví existimant.
 In omnibus vita humana negotiis usum habet elo-
 quentia, & epistolam eleganter composuisse, multis
 primus gradus ad sublimem fortunam fuit. Non
 itaque hæc, tanquam levia & facilia contemnunt
 politices Studiosi, sed lingua & calamo promte uti
 discant.

(a) Phi-

tum superiorum Facultatum. Oracula *Tribonianum* loco jejunæ Philosophiaæ evolvar elegantioris doctrinæ cupidus , limpidissimos Juris Romani fontes adeat , & ibi inveniet non tantum thesauros reconditæ sapientiæ , sed & talia discribet , quæ honoribus & divitiis eum cumulabunt . Sed bona verba quæsto . Equidem de Philosophia Scholastica lubentes concedimus , eam ne quidem ad servilia officia reliquis Facultatibus præstanta satis aptam esse ; (a) ast veram Philosophiam in mancipiorum aut vilium instrumentorum classem detrudi haud concedemus . Quænam vero , aīs , est ista vera Philosophia ? Dicam . Illa est , quæ efficit ut ratione sua recte utantur homines , & honeste vivant . Multos , instas , vidi homines egregie ratiocinantes , & honeste viventes , qui nullam didicerunt Philosophiam . Sed regero : Et si in Academiis eam minime didicerint , didicerunt ex propria meditatione & experientia . Minorī vero labore & breviori tempore hau-

(a) *Philosophia nihil prestans humano generi obtingere posse* , magna merito apud omnes ejus est dignitas & auctoritasque : sed qui de Scholasticorum Philosophia inveniunt , perinde profecto faciunt , ac qui in simiam quadrare putant , que de homini optimo jure predicantrur . Per intemperiuam sane horum hominum diligenciam tota Philosophia in sophismata paulatim delapsa est , artemque sapiendi in artem rixandi & altercandi , idque de rebus levissimis , converteruntur . Diceres , cum Alchymistis certamen illos iniisse , hoc saltē discrimine , quod illi quidem viliora metallia in aurum . hi sapientiam in lo-

hauriri eam posse, si in juventute adsit prudens manu ductor, negare nemo potest. Qui viarum ignarus est, suis conjecturis adjutus perveniet forte ad locum, quem petit; sed multo securius, multo citius perveniet, si prudentem & fidelem habeat hodegam. Ratio donum Dei est, quam non excolare, sed contemnere, id vero idem est, ac pro beneficiis divinis ingratum sernet exhibere. Nec obstat, reliquas Facultates uti Philosophia, ergo merito eam dici earum ministram vel instrumentum; utitur enim Mathesi quoque faber lignarius, utuntur alii & artifices & opifices, an igitur Mathesin dices his artibus famulari? Nos potius argumentum invertimus, & dignitatem Philosophiae ex eo inferimus, quod reliqua Facultates multum ab ea mutuentur. Certe neglecta Philosophia in Theologia habebimus homines fanaticos, mysticos, pacis publicae perturbatores; in Jurisprudentia legulejos & rabulas; in Medicina agyrtas, empyricos

D

en logomachiam mularint. Tanta autem severitate in hisce neniis vanissimisque commentis versantur, ut rares, homines tum maxime insanire, cum se ratione quam pulcherrime uti sibi videntur. Hinc scholasticorum opera cum aranearium telis non male componit vir sapiensissimus Franciscus Baso a Verulamio, que ut ob subtilitatem admiratione profecto digna sunt, usum si species, quisq; viliarum numerum augent. — — — Faceant igitur procul operosa ista scholastica turba volumina, que vel solo aspectu, tanta illorum moles est, horrorem, incitare discipientibus possint. Tuto hac difficiet ingenio-

ricos & circumforaneos. Maneat Juri Romano sua laus, sius honor, sius usus; modo conjugenda ne separent, modo de Philosophia haud contumeliose sentiant ipsius antistites. Ad panem lucrandum nihil conferre Philosophiam, argumentum est ex sordidæ avaritiæ fonte haustum, & præterea falsum. Multos honoribus & opibus cumularunt studia philosophica, qui forte per solum Justinianum ad tam alta non potuissent eniti, e quibus unum instar omnium nominasse sufficiat *Samuel Pufendorfum.* (b)

§. VIII.

ingenium suum rite exculturis, nisi forte pulchrum ducat ea discere, que didicisse nemini haec tenui profuit, multos autem panituit. Non mea sunt, quæ scribo, verba, sed Theologii de Ecclesia & orbe eruditio meritissimi Dn. Buddei. Vide Disp. de Cultura Ingenii cap. I. §. XVII.

(b) Multa apud antiquos extant exempla doctorum sapientiæ, qui non modo Respubl. egregie, dum vivèrent, gubernarunt, sed etiam saluberrimis legibus carum perpetuari cōsuluerunt. Quid enim aliud Zaleucus, Charondas, Archytas, Thales, Bias, Chilon, Pittacus, Cleobulus & Anaximander fuere, quam Professores doctrinæ, iidemque rectores civitatum & legumlatores felicissimi? Vide Ulrici Huberi *Orationem de Pedamismo*, ad quam eo libentius Lectorem remittimus, quia multa affert illustris ICtus, ad defendendam Philosophiam apprime facientia. Vix puto omnibus notum esse Franc. Buropardum, Wēsenbecii sacerorum, primo lingvæ Græcæ Professorem, dein Consiliarum & Vice-Can-

§. VIII.

Politica, præcipua ex iis, quæ huc pertinent, disciplinis, non incommodo dispesci posset in publicam & privatam. Inter nævos enim libellorum politicorum referendum, quod sola de Republ.

D 2 tracta-

*De studio
politico, &
an artes, seu
strategi-
mata poli-
tica licite
adhiberi
posse?*

Cancellarium Joh. Friderici, Electoris Saxoniz, multis ad Carolum V. Henricum VIII. & Elisabetham, Augliæ Reginam, legationibus egregie defunctum. Lege, quæ de eo habet doctissimus Gundlingius Part. III. Otiorum cap. IV. p. 231. seq. Passim quoque ejus mentionem facit Illustris Seckendorfius lib. III. Comment. de Lubrano. Fuit & Eſaias Pufendorfius Magister Philosophiæ, Lipsiæque disciplinas Philosophicas Auditoribus prælegit, nec id obſtitit, quominus deinde negotia ſtatus, ad magnas in aula dignitates promotus, dextre adminiftraret. Dicis: non ex quovis tamē ligno fit Mercurius, nec ex quovis Philoſopho Politicus. Recte. Nec id volumus. Volumus ſaltem oſtendere, non repugnare, ut Philoſophus ad gerenda Reipubl. negotia fit idoneus. De cetero facile largimur, Platonis di- Etum: *Tum demum felices fore Respubl. si aut Philoſophi imperent, aut imperantes philoſophenent, eo, quo is accepit, ſenſu admitti non poſſe.* Subtiles enim Philoſophiæ ſpeculationes & idea Platonicae impe- rantem magis dedecent, quam ornant. Alia in- ſtructus debet eſſe Philoſophia, qui populos imperio regere, & quid e Reipubl. commodo fit, quidue minus, sagaci conjectura proſpicere tenetur. Va- leant igitur ſubtilitates Platonicae, juxta cuius ideas cum urbem exſtruere, & in ea Rempubl. Platonicae introducere vellet Philoſophus Plotinus, * ferio id Impe-

tractatione absolvantur, cuim tamen ad regendam Rempubl. aptus esse nequeat, qui seipsum non potest regere, aut cum alis prudenter conversari. Pauci aliquid de politica privata literis consignarunt, pauciores fecerunt operæ pretium. (a) De

Imperatori Gallieno diffaserunt prudentiores aulici; valeat Stoicorum opinio, solum sapientem Principem esse & nobilem dictitantum, & tamen loco veræ sapientiæ nescio quam ipsius larvam amplectentium; nos mutata Platonis sententia existimamus: *Tum demum beatas esse Respublicas, si aut principes sapientes imperant, aut imperantes, & quipropius ad illos accedunt, yore sapientie operam impendant.*

* Platonopolin appellare volebat. Urbe facile potuisset exstrui, sed homines Platonicos ubi invenisset nostrar Philosophus? Fingebat Plato Rempublican & homines juxta suas ideas, cum tamen ideas suas secundum statum nature humanae componere debuisset. Eiusmodi speculativa ingenia omnium minime apta sunt ad ordinem aut leges in Republ. constitutas. Sagacissimus Belius sub voce Plotini accusat invidiam & malignitatem aulicorum, qui Plotini conatus obstitissent. Si invidia fuit, prudens fuit invidia. Autor itineris per mundum Cartesii eleganter fingit, se in orbe Luna invenisse Platonopolin, in quam nemo ex nostri orbis incolis fuisset admissus, ob metum, ne vitiorum contagio corrumperentur homines philosophice & idealiter viventes. Voiez, le Voyage du monde de des Cartes p. 105. 106.

(a) Bellegardii opuscula luc pertinentia multis in deliciis habentur. Sed confuse scribit iste Autor, & utilibus nonnullis intermixta habet plura parum ad rem facientia. In Thomasii Prudentia Consultatoria valde commendari meretur. Istius libri monita qui in praxin transfert, prudentis nomine haud indignus erit.

(b) Non

De publica plura exstant, quæ laudantur ab his, cul-
pantur ab illis. Gravis est querela, Politicos pa-
rum curare, quid honestum sit, quid æquum, modo
commoda sua promovere queant. Omnia scle-
ra, omnes fraudes tegi sub titulo *rationis status*.
Imo omnia sursum deorsum ferri, postquam impia
Machiavelli (b) principia ubique fere regnare
cœperunt. Sed salva res est. Facile produnt, qui
ita loqvuntur, quod nullam habeant generis hu-
mani cognitionem, quod aurea secula sibi forment,
ubi vix ferrea licet reperiire. Poffet forte locus
relinqui his illorum desideriis, si sincere omnes
omnino homines procederent, si non effent astuti,
subdoli fallaces. Id vero cum secus prorsus acci-
dere

D 3

(b) Non simpliciter laudandus, nec simpliciter damnan-
dus est *Machiavellus*. Multi dominant, ne' lectum
quidem, nedum intellectum. Non errat, quod
omnia civilia negotia ad utilitatem publicam, ceterum
ad normam, exigenda esse svadeat. In eo vero
labitur, quod non satis distinxerit vere utilia ab illis,
quæ apparenter talia sunt, & non nisi brevis tempo-
ris commodo speciem utilitatis mentiuntur, in
futurum noxia. Hoc qui sedulo observat, absque
omni periculo poterit legere *Machiavellum*. Ad
id quoque proderit ejus lectio, ut sceleribus eorum
obviam iri queat, qui doctrina ejus perverse utun-
tur. Nec nova sunt, quæ profert, aut ab ipso in-
venta. Tyrannicas artes, quamvis pessimas, tradi-
derunt præclarissimi prudentia civilis doctores,
tradidit *Aristoteles*, & tradere utique debet, qui de
pruden-

dere videamus, licebit fane artes artibus eludere, astutos in astutia sua decipere, &c. ut est apud Comicum, cum vulpibus vulpinarier. Arma tamen hæc defensiva saltem sint, non offensiva. Aliud est cautum esse, aliud subdolum. Politica absque Ethica in fraudes abit, sed Ethica absque Politica in incautam simplicitatem. Prudentia & virtus subordinari sibi debent, non contradistincti. Verissimum est, quod Barclajus (c) ait: *Multa vir-*

prudentia civili scribit, eris non debeat commendare. Non igitur Machiavello magistro didicerunt nequitiam homines, sed vafras artes exercerunt dudum ante *Machiavellum*. Solent addiscere Juvenes artes gymnasticas, eum in finem, ut contra adversariorum insultus se defendant, non ut eos interficiant. Considerent itaque *Machiavellum* tanquam magistrum palaestrae politicae, discantque ex eo strategemata, quæ habet, non ad abusum, sed ad usum, non ad offensionem, sed ad defensionem, & ubi non repugnant conscientia. Plura non addimus. Otia enim nobis fecit *Hermanus Corringius*, in prefat. *Principi Machiavellico premissa.* Tanti Viri autoritas facile nos præstabit securos. Lisez aussi la remarque E de l' article *Machiavel dans le Dictionnaire de Mons. Bayle*.

- (b) Vide *Argenidem lib. I, cap. 2.* Clementia, lenitas, liberalitas, sinceritas, optimæ virtutes, interdum nocent, si intempestive iis utaris; profunt simulatio, diffidentia, ars expisciendi aliorum secreta, & in virtutes abeunt, si tempestive adhibeat. Omnia tamen spectare debent ad promovendam veram utili-

*virtutes in vitia degenerant, & quod magis est,
sepe videoas eosdem affectus, pro temporum sorte,
nunc virtutes esse, nunc vitia. Nescit regnare
qui nescit dissimulare, nec Princeps se & regnum
con-*

*utilitatem publicam. Vide Dr. Thomassii Specim.
Jurisprud. Judic. cap. I. medit. V. Cedere nonnun-
quam debent regulæ justitiae vindicative regulis
prudentiae. Summum jus summa sepe injuria, adde
& summa imprudentia. Si David strictis justitiae
regulis inhære voluisse, supplicio capitali affici-
endus erat Joabus, parricida Abneri. Sed obstabant
regulæ prudentiae. Nondum satis firmatum erat
Davidis regnum, potens erat Joabus, milites ab
ipsius autoritate pendeant, 2. Sam. III. 36. Non
semper expedit uti jure suo. Omnia igitur faciebat
David, ut suspicionem a se amoliretur, quasi ipso
connivente turpissimum facinus commissum esset,
homicidam vero dimittebat impunitum. Non
emendabatur ista indulgentia homo insolens, sed
reddebatur securior, & delictum iterabat, 2. Sam.
XX. 10. Requirebat tamen ratio status, ut iterum
dissimularat David, filioque moriturus executio-
nem committeret. Id observandum adhuc, longe
aliter sentire de negotiis politicis tractandis, qui
theoretici saltem sunt, aliter, qui practici. Voici
les paroles du Sieur Amelot de la Houssaye citées par
Mons. Bayle ubi supra : L' Allemagne en a vu tout
recentement un bel exemple dans le dernier Evêque de
Vienne, qui, lorsqu'il n'étoit que le Pere Emeric in
puris naturalibus, inventivoit dans tous ses sermons
contre les maximes de la Politique, jusqu'à ne creire
point de salut pour ceux, qui les mettoient en usage:
mais*

conservare potest, nisi abhibeat interdum obliquitates politicas. Multis nocuit in negotiis gerendis apertus animus, candor, atque sinceritas. (4) Magnis, fateor, abusibus subjecta est hæc doctrina, qui tamen veritati ejus ne minimum quidem præjudicare possunt. Regulæ politicæ non possunt determinari ad punctum, sed omnia relinquenda sunt prudenti applicationi. Si inique a multis applicentur, non reprehendenda est regularum veritas, sed hominum malitia.

§. IX.

mais qu'il se fut introduit à la Cour de l'Empereur, & posé dans le Ministère, changea d'opinion comme de fortune, & pratiqua lui-même (mais plus finement) tout ce qu'il condamnoit auparavant dans ses prédecesseurs les Princes d'Aversberg & de Lobkowitz, dont il avoit procuré la disgrace &c. Conferri omnino debent circa hanc materiam les Considerations politiques de Gabriel Naudé sur les Coups d'Etat,

(4) Singularia sunt, quæ de Grotio prodidit Vassorius. qui Tom. IV. l. XVI. p. 127. 128. historie sua ait: On dit que Gustave Roi de Suede & son Chancelier Oxenstiern aient là l'Ouvrage du Droit de la Gverre & de la Paix, ce grand Roi & son habile Ministre craurent devoir employer un homme si profondément instruit des bons principes de la Politique. Le Chancelier de Suede connut par sa propre experience, qu'en Politique il y a une fort grande différence entre la speculation & la pratique. Grotius fut un aussi mauvais négociateur, qu'il étoit habile écrivain. Il enseignoit dans son livre à être politique en homme de bien & de probité: au lieu que dans

Ethica, seu doctrina morum, nobilissima Philosophiae pars, fræna affectuum intemperiei injicienda docet. Non commendamus omnem ab affectibus quietem, aut Stoicam eorum eradicacionem. Novimus, suavia hæc esse somnia, sub sesquipedalibus verbis magnam promittentia sapientiam, sed quæ nunquam exstitit, nisi in cerebro hominum melancholicorum, aut hypocritarum. Si omnes affectus quiescant, aut eradicantur, nihil mali aget homo, fateor; sed nec poterit agere aliquid boni. Affectus stimuli sunt æque ad bonum ac ad malum: ad illud, si moderati sint, ad hoc, si excedant. Ut igitur non tollendus est ignis, quia urbes & ædificia internum consumit; uti non amputandi arbores, quia surculi ex illis progerminant, stirpi succum & nutrimentum subtrahentes; ita nec eradicandi affectus, sed moderandi. Ventum optant nautæ, qui in portum illos ducat; æque horrent malaciam, ac tempestates. (a) Non

E

datur

*De Ethica
seu doctrina
morum,
& vitando
quietissimo
ac Stoici-
smo.*

dans le manège il faut être ordinairement fourbe & scelerat. C'est un personnage, que Grotius ne fut jamais capable de faire. En est-il moins estimable? Confundit forte Vassorius scelera & prudentes cautelas, medias inter nimis apertum candorem & astutas fraudes.

(a) Ce sont les passions qui font & qui défont tout. Si la raison (sapientia felicet Stoica) dominoit sur la terre, il ne s'y passeroit rien. On dit que les Pilotes craignent au derni-

datur in hoc mundo perfecta sapientia, non datur
solis naturae viribus sumnum bonum, & quicquid
de eo veteres & recentiores Philosophi promise-
runt, in meris ideis consistit, extra eas frustra
quaeritur, frustra desideratur. (b) Quæramus
igitur

au dernier point ces mers pacifiques, où l'on ne peut
 naviger, & qu'ils ventent du vent au hazard d'avoir
 des tempetes. Les passions sont chez les hommes des vents
 qui sont nécessaires pour mettre tout en mouvement, quoï
 qu'ils causent souvent des orages. Voiez dans les dia-
 logues des morts de Mons. de Fontenelle celuy entre
 Herostrate & Demetrios de Phalère. Valde quoique
 placet philosophia Chinensis, qui de affectibus
 sequentem in modum ratiocinantur : Ce n'est pas
 que les passions soient mauvaises, quand on en sait faire
 un bon usage ; mais comme elles troublent presque tou-
 jours la tranquillité de l'esprit, il faut en retrancher la
 trop grande vivacité, & faire en sorte, qu'elles ne soient
 plus des emporemens outre de la cupidité, mais de justes
 sentimens de la nature. Voiez la Continuation des
 Pensées sur les Comètes Tom. II. §. CXLV. p. 729-739.

(b) C'est une folie de chercher le Souverain-Bien ici bas
 Toutes les idées, qu'en ont donné les anciens Philosophes,
 n'étoient que des Images confuses de celui, qui peut
 remplir la vaste capacité de nos désirs ; & l'incertitude
 de leurs sentimens, qui varioient si souvent sur cette
 matière, fait bien voir, combien étoit douceuse cette Fe-
 licité, qu'ils promettoient néanmoins avec ranc de faste
 & d'ostentation. Voiez le Tome VI. des Oeuvres de
 Mons. de Saint-Evremond, qui contient les Aélanges
 curieuses, p. 21, 22, de la dernière édition de Hollande,

Cavez

igitur bonum, quod obtineri potest, cum frustra-
neum sit ea desiderare, quæ consequi non licet;

E 2

bo-

Caveat igitur fibi prudentia & sapientia vera studiosus à laryata sapientia Mysticorum, à via purgativa, illuminativa, intuitiva, eo ita & annihilatione spirituali omnium affectuum, & similibus flosculis. His enim qui delectatur, non potest non ad levissima etiam negotia prudenter exequenda fieri ineptissimus. Vera pietas & honestas non tollit usum rationis, sed perficit. Originem deber Theologia mystica speculativis & otiosis ingenii, & proxim Christianismi simplicem, in divinis literis nobis injunctam, impedit potius, quam promovet. Imaginationes suas, sua somnia isti homines pro inspirationibus divinis venditant, & linguam loquuntur adeo peculiarem, & à sensu communis remotam, ut ipsi, quid dicant quidve velint, vix intellexisse videantur. Ces expressions & cent autres de cette nature, ont un grand air qui surprend, & ces manieres mysterieuses charment & enchantent. Mais quand on a rompu la premiere force de cet enchantement, on ne scauroit s'empêcher de dire à ces grands genies, abaissez-vous jusqu'aux hommes, puisque les hommes ne sont pas capables de monter jusqu'à vous, Parlez notre langue, puisque vous la scavez, & que nous n'entendons pas la vôtre. Voiez l'Esprit de Mons. Arnaud Tom. I. p. 78. & conferez la remarque I. de l'article Brachmanes & les articles Rovenius & Teulerus dans le Diction. de Mons. Bayle, comme aussi la Bibliothèque choisie de Mons. le Clerc. Tom. X. pag. 68, seq.

) Val-

bonum, inquam, quod & honestum sit, & jucundum, & utile. (c) Audire cupis, in quo illud constat? Fac ut sit mens sana in corpore sano.

§. X.

*De Histo-
ria, quem licebit esse brevioribus.
nsum pre-
beat, & quo-
modo tra-
stanta?*

De Historia cum alibi actum fuerit, hic nobis
& Philosophiam moralem connexio. Philosophia
tradit præcepta, Historia exempla. Regulæ pru-
dentiæ & morum, justi, decori, honesti, ex Philoso-
phia haustæ, per facta historica illustrantur, & in
plena quasi luce collocantur; istæ vero regulæ fa-
ciunt, ut de actionibus ab Historicis in literas
rela-

(c) Valde errant, qui bona honestum, jucundum &
utile separanda existimant. Verum bonum hone-
stum semper simul jucundum & utile est, nec debet
sab aio schemate (*sano tamen sensu, nam alias hoc
fundamentum est omnium vitiorum*) proponi inspi-
entibus, id enim si fiat, nunquam illi alientur.
Honestas absque jucunditate & utilitate tristis est,
severa, morosa, & Stoicismum, imo interdum
Cynicismum sapit; jucunditas absque honestate
in libidinem & pravas voluptates degenerat; util-
itas absque honestate turpis est & Fordida avari-
tia. Vir sapiens utitur quoque permisso voluptati-
bus, jocatur interdum & ridet, corpusque suum
curat, nec abstinentiam semper pro virtute, luxu-
riam vero semper pro vicio habet. Vir sapiens
non

relatis prudenter judicare queamus. Cave vero existimes, solam historiarum lectionem hominem aptum reddere ad propria negotia prudenter instituenda, aut bona aliis consilia danda; ratio enim, quæ hic afferri solet, facile scilicet æstimari posse ex præteritis præsentia & futura, non sufficit. Raro occurrit idem castus in terminis, ut JCti loqvuntur, terminantibus, ac licet occurrat, minima tamen loci, temporis, personarum circumstantia rem variat. Nec sola exempla prudentes reddunt, sed cum præceptis debent conjungi. Inveniuntur scilicet in historiis multa facta illustria, quæ si sseligantur, & juxta genuinas prudentiæ civilis regulas examinentur, præparari possunt per istiusmodi doctrinam boni cives & boni status ministri. (4) Dolendum saltem est, utilissimum

E 3 hoc

non respuit divitias, aut fortunæ bona, sed nec per media illicita qværit. Contentus est sua sorte, ac et si videat, avaritiam semper esse vitium, simul tamen videt, effectatam Cynicorum paupertatem & mendicitatem non esse virtutem.

- (4) Non tantum nosse facta, sed & de illis prudenter judicare posse, pertinet ad officium Politici. Unde qvam maxime laudandi, qvi hac in re Studiosæ juventuti viam præverunt, inter qvos præcipui *Uricius Huberus*, qvi *Institutionibus Historie Civilis* addidit *Specimen Jurisprudentie historice*. *Dn Buddens*, qvi id institutum imitatus est in examinanda historia *Romana*, suasque meditationes *Selectis Juris Natura*
& Ges-

hoc studium in Scholis & Academiis negligi, partim docentium, partim discentium culpa. (b) Non parum quoque proderit excoluisse historiam literariam, (c) & ecclesiasticam.

§. XI.

De studiis Studia Mathematica & Physica non plane negligenda sunt. Vir in illis exercitatissimus, & *Mathematicis & Physicis* magnum quondam Academiae Altdorfinæ ornamentum, *Jo. Christoph. Sturmius* peculiari consilio, *Maius* quatenus ex-
colenda?

& Gentium inferuit; denique *Dn. Thomasius*, cuius Specimen *Jurisprudentie Judicialis* genuinum historiæ usum selectis exemplis commonstrat.

(b) Disvadentur studia historica & alia elegantiora non infreqventer ab iis, qvi superiores Facultates in Academiis docent. Rationes, cur id fiat, nunc non vacat addere. Discentes sive Studioisi aut negligentes sunt, aut diligentes. Illi nihil agunt, sed vitam in Academia absqve studiis tranfigunt, similes animalibus qvæ natura prona & ventri obedientia finxit. Hi properant ad auream praxin, & via regia incedentes Historiam & Philosophiam strenue praetermittunt, excelsoque animo contemnunt.

(c) Historia literaria non tantum ornat, sed & juvat ac delectat. Absqve libris doctus fieri nemo potest; horum cognitionem habere, nosse Autores & eorum fata, scire, qvorum labores estimandi sint, vel minus, magnam utique assert utilitatem. Quid igitur in historia literaria probe versatus est, clavem tenet ad recludendos omnigenæ eruditionis fontes. Non hoc volumus, sola autorum cognitione absolviri crudii-

*Matheſi Juvenili præmiffo, exposuit, qua ratione
Matheſis in inferiores scholas introduci, & ſic pu-
eri & adolescentes feniſim ad eandem præparari
queant. Qua re uti nihil eſſet utilius, ita valde
dubito, an permiſſura ſit infelicitas noſtrorum
temporum, ut conſilium adeo falubre in effectum
deducatur. (a) Evidem tantum temporis non
ſupereſt ab aliis occupationibus Studioſo politices,
ut in ſubtilitates Algebraicas aut Astronomicas
penetrare valeat, quas & nemini magnopere exco-
lendas fuaferrim, niſi qui ad gloriam Mathematici
perfetti aspirat; ſed Arithmeticam, Geometriam,*

Archit-

eruditionem, ſed cum rerum notitia eam conjun-
ctam arbitramur.

(a) Nullum ſtudium adolescentia & juventuti magis
convenit, quam ſtudium Matheſeos. Qui enim
in iſta atate conſtituti ſunt, natura qvafī inclinant
ad traçtanda inſtrumenta mathematica, & varia in
charta figuræ formandas, ſatisqve otii habent a
gravioribus negotiis, qvod iſtis aenonitatibus im-
pendant. Mire qvoqve acuit judicium Matheſis,
ac attentionem excitat, cum hic ne femel qvidem,
nedum bis peccare liceat. Apud Græcos non ad-
mittebantur ad Philosophiam, niſi Arithmeticæ &
Geometriæ periti, unde & *Plato* auditorii ſui foribus
inſcripferat: *Nemo Geometria expers ingrediatur.*
Sed hodie ſtudia iſta ē ſcholis plane exulant, nihil-
qve, prater lingvam latinam, ab ineunte pueritia
uſque ad firmiorem atatem, per decem vel plures
annos diſcitur, ac deinde juvenes in Academiam
able-

Architecturam, imo & Optices principia didicisse nunquam eum paenitebit. (b) Et cum quam maxime intersit hominis prudentis, ne per falsa miracula decipiatur, aut superstitioni locum concedat; nihil facilius eum ab ista labe securum praestare poterit, quam studium Physices & Matheoseos. Unde etiam patet, cur primi Academiarum in Papatu autores vel haec studia contempserint, vel Physicam tradiderint mere inutilem & speculativam. (c)

§. XII.

ablegantur, omni disciplinarum cognitione destituti, omnium artium, quæ hominem ingenuum decent, plane rudes.

- (b) Habent ista studia non tantum præsentissimum in vita humana usum, sed & a Principibus estimantur, eorumque favorem conciliare possunt.
- (c) Tempore papatus, qui in Physicis & Mathematicis ultra vulgus sapientib[us] magiæ accusabantur, ac nefandi cum dæmonie commercii. Hinc & *Apologiam magnorum virorum falso pro magis habitorum scripsit Gabriel Naudens*. Cum *Vergilius*, Episcopus Salisburgensis, antipodes statueret, hoc ita acceptum est, quasi alium mundum, alias sub terra homines, alium denique Solem, atque aliam Lunam esse asserteret. *Saulius Bonifacius*, quem Germanorum Apóstolum vocant, zelo divino commotus, periculosas, ac simplici sapientiæ Christi adversas novitates ad Pontificem detulit, qui Vergilium ad dogmatis sui rationem reddendam Romam evocavit. Vid. *Aventini Annal. Bojor. lib. III. p. m. 172. Galileus à Galileis*, qui terram moveri, Solem stare affirmaverat, a severo Inquisitionis tribunali damna-

§. XII.

Inter jura, si non dignitate, saltem discendi
ordine præcedit Jus Naturæ, cuius necessitatem &
utilitatem ut multis commendemus, minime opus
est, (a) cum illa per se pateat. *Grotii & Pufendorfii*

F labo-
cipum pot-
statem de-

damnatus & custodia traditus fuit. *Voiez la vie de fenderit?*

Descartes par Bailliet. Tom. I. lib. III. Chap. XI. p. 241. siv.
Quæ de Alberto Magno, Trithemio, alisque narrantur
*stupenda, non indicant, Magos suisse istos homi-
nes, sed Mathematicos. Nervi & artus prudentiæ
sunt, non temere credere. Homines creduli & su-
perficiosi ad magna negotia sunt ineptissimi.*

(a) En verba Celeberrimi atque Consultissimi nostri
Keßneri: Prima juris fundamenta ex Jure Nature
harricenda sunt, quippe quod immutabile sanctissimum
que est, sanctissimam enim Dei voluntatem cordibus
homínium insitam refert, meritoque omnium jurium basis
& norma vocatur, ceteris enim juribus facem & genni-
nam juris rationem præber. Accedit, quod Regum Princi-
pumque controversie non ex alio, nisi ex hoc principio
diciantur. - * - - - Ut adeo eorum rationes
straminee sint, qui hoc jus dubium, incertum, inutile,
nugatorum pronunciant, & non nisi id, quod cum
aurea praxi convenit, & crumenas implet, arripiunt. Vid.
Introd. ultor. ad stud. Jurispr. §. IV. p. 20.

* Recitissime. Hinc cum controveſia de Jure aſyli, Legatorum
adib⁹ competen te, inter Pontificem Innocentium XI. &
Ludovicum XIV. Galliæ Regem, agitarentur, ad *Pufendorfii*,
heretici liet ex hypothesi Pontificia, Opus de Jure Nat. &
Cent. provocavit, qui pro defendenda Pontificis causa ſcripsit,
Emanuel à Scheffstraße, Cuius Bibliotheca Vaticana.
Dubito an id facturus fuisset, fi Commentarium ad Inſtituta
vel

labores ab omnibus, nec sine ratione, laudantur; male audit *Hobbesius*, (b) cuius principia, si adversariis ipsius credas, eo tendunt, ut bellum omnium contra omnes inducant, & ex Principibus tyrannos faciant. Sed uti, qui prius asserunt, absque dubio haud recte intellexerunt *Hobbesium*, utpote qui per palpabilem descriptionem status bellici & miseriarum, quæ libertatem naturalem comitantur, homines ad quærendam pacem, & patienter ferenda Principum imperia disponere nititur; ita posteriorum rationes curatius profilgandæ nobis erunt. Pugnavit pro potestate absoluta Principum *Hobbesius*: non nego; an vero recte id ei a nonnullis vitio vertatur, valde ambigo. Sed distinet hic procedendum. Si nullis pactis fundamentalibus, nullis conventionibus restringitur Principis potestas, utique absoluta est, unde, qui ea gaudent, merito dicuntur neminem agnoscere superiorem, nisi Deum & gladium. Tenetur itaque Deo actionum suarum rationem reddere ejus-

vel Digesta edidisset *Pufendorfius*. Vide *Dn. Thomasi Disp. Lipsiensis junctim editas p. 112.*

- (b) Videbat motus in Anglia exortos *Hobbesius*. Videbat eorum fontem, contentum imperii, & affectationem libertatis naturalis. Ostendere ergo satagebat, statum naturalem miserrimum esse, ac certissimam bellorum, cædium, rapinarum casuam, unicum vero contra tot mala remedium suppeterem imperium quo omnium voluntates infinitis modis diversæ & contrariae, in unius voluntatem transferuntur

Adstru-

ejusmodi Princeps, non hominibus, non subditis. Potestas ejus & officium probe distingvenda sunt; illa illimitata est, hoc requirit, ne potestate illimitata abutatur. Si abutitur, peccat in conscientia, subditis vero nihil relictum est, nisi parendi gloria. Eos enim judices Principis constituere velle, absurdum foret. Si subditis permittitur examinare actiones Principis, in anarchiam degenerabit Respublica, & loco minoris mali infinita majora orientur. Dicis: Annon hac ratione via sternitur tyrannidi? Annon cives bonis, honoribus, ipsa vita pro arbitrio spoliabit Princeps, eosque reddet miserrimos? Sed respondeo: times; ubi nihil timendum est. Princeps non potest carere subditis, nec potentiam suam conservare, nisi habeat, quibus imperet. Non igitur metuendum est, ut

F 2 omnes

Adstruxit ergo potestatem Principum talibus argumentis, quæ ex intima consideratione naturæ humanae fluunt. Quod vero nimis late, ad ipsam scilicet religionem, conscientiam, & credenda eam extendat, in eo labitur, fateor, sed excusandus tamen est. Sumbant inter alia religionem obtentui, qui funestissimarum in Anglia sub Carolo I. turborum Autores erant, summaque miscebant imis. Iste malo ut obviam iretur, Principem absolutum quoque religionis arbitrum constituebat Hobbesius, non satis considerata religionis indeole & natura. Unde ejus judicium hac in re approbare non possumus, a pluribus jam justa censura notatum. Ab Atheismo tamen virum acutissimum vindicare studuit Dn. Gundlingius Tomo I. Observ. selectarum,

(c) Por-

omnes, aut saltem magnam eorum partem absque causa interficiat, aut miseros reddat. (c) Ac licet sua habeat incommoda potestas absoluta, habet etiam limitata, quando scilicet Proceres privilegiis & juribus suis abutuntur, ac ex Republ. faciunt theatum bellorum civilium, magnumque latrocinium. Vides, ratio arma suppeditat pro potestate absoluta & limitata, suppeditat etiam contra utramque, &

Miratur telis amula tela suis.

Quid inde colligemus? Nihil aliud, quam in rebus humanis nihil perfectum esse, nullamque reperiri Reipubl. formam ex omni parte beatam. Quod si vero potestas Principis per pacta fundamentalia restricta sit, ibi is ea, quæ semel jurato promisit, violare neutquam debet. Regula haec theoretice considerata firmissima est; sed circa applicationem ad ipsa rerum momenta innumeræ oriuntur difficultates, de quibus agere non est nostrum. Id unum monemus, cavenda esse genuinæ politices studioso cane pejus & angue principia Monarchomachorum. (d)

§. XIII.

(c) Portez tant loin qu'il vous plaira les maux & les desordres qui peuvent naître de l'abus du Pouvoir absolu; il est toujours clair que l'intérêt même de celles qui l'exerce le force à se conserver un Peuple, & à se conduire tellement, que ses sujets subsistent: autrement il deviendroit un Prince sans sujets & sans Etat, ce qui seroit sa propre ruine. Voiez la Continuation des Pensées sur les Comètes Tom. I. §. CXXI. p. 589. 590. à la marge.

(d) Lubrica sunt Monarchomachorum argumenta. Dicunt, si Rex pacta violat, illum a populo posse in jus

(e)

§. XIII.

Reliqua Jura uno complectentur fasce. Jus Publicum, uti in controversiis & prætensionibus illustribus, quæ in Imperio Germanico occurruunt, utrumque facit paginam, ita omni conatu in id in-

*De Jure**Publico,**Civili, Fen-**dali & Ec-**clesiastico.*

F 3 cumbere

in jus vocari. Sed quis ostendet, Regem paœta violasse? Ipsius negotio tantudem valebit, ac populî affirmatio, nec facile continget, ut omnes cives contra Regem conspirent. An itaque quorundam hominum res novas molientium fide credendum erit, Principem paœta migrasse? Sed ponamus, rem esse claram; an ideo statim obseqvio soluti erunt subditi? Annon monendus est Princeps, rogandus, rationibns electendus, ut a cœptis defistat, antequam ad extrema veniantur? Ponamus porro, monita non invenire locum, annon satius erit, pati incommoda, licet graviora, quam rejeœto Principe, durius forte imperante, Remp. libidini multorum tyrannorum, in turbido piscari gaudientium, exponere? Ceterum omnium Monarchomachorum audaciam superavit *Jo Miltonus*, supplicium Caroli Stuarti defendere haud veritus. Edito enim A. 1/49 libro Anglico, cui titulus: *Tenure of Kings and Magistrats*, probare conatus est, tyranos a magistratu quolibet inferiori, vel, si is quoque recusaverit, ab ipso populo & confusa plebe jure merito que in jus vocari posse &, si criminis atrocioris rei fuerint, capitis damnari. *Tenure* apud Anglos significat jus aut titulum, vi cuius sub certis conditionibus fundum, prædium, aut domum instar feudi aliquis possidet. Hinc *Miltonum* ex Regibus populi vasallos facere ipsa libri inscriptio ostendit. Patet simul, eam male a nonnullis verti: *Terror Regum & magistratum*. Istius autem laboris hanc gratiam retulit *Miltonus*, ut manus Secretarii Concilii status in negotiis externis, quæ

Latino

cumberē debent illustri loco nati juvenes, ut in Academiis haud perfunditoriam ejus cognitionem sibi comparent. Nec id difficile erit, cum hodie plurima pulcherrimi hujus studii, olim neglecti aut perversa methodo traditi, subsidia extent. (a) Vel solum autem Jus Publicum in ruborem dare eos potest, qui eruditorum ingenii facile carere posse Principem persvasum habent. Quid enim, si deductio Juris controversi instituenda sit, & manifesta aut declaraciones

publi-
latino idomate tractanda erant, ipsi deferretur. Dolen-
dum est, *Salmasium regii partibus defendendis manum*
admovisse, Virum in criticis satis quidem versatum, sed
in Jure Naturæ & Gentium, politica, & notitia fatus re-
gni Anglicani valde hospit. Aliud est, notas in autores
classicos, aliud defensionem regiam conscribere, in qua in-
signes nævios, imo vitia contralatinitatem notat *Thomas*
Crenius Part. II. Animadv. hist. philol. p. 82, seqq. Sequebatur
Miltoni defensio pro populo Anglicano, acerbe *Salmasium* per-
stringens, tanto vero apud Anglos recepta plausu, ut
mille librarū sterlinensium præmium Autori rependerent.
Sæpiissime quoque recusa fuit *Miltoniana* defensio,
cum *Salmasiana* vix divendi potuerit. Quin & *Salmasius*,
qui interea in aulam Svecicam fuerat adscitus, simul at-
que *Miltoni* responsio eo adiecta fuisset, conremptim
haberi cœpit, atque inde discedens apologiam adorna-
vit quidem, sed cui quominus ultimam manum adde-
ret, morte fuit præventus. Carolo II. legitimo regni ha-
rede, in Angliam reduce facto, in tutoira se recepit *Mil-
tonus*, donec amnestia promulgata veniam impetraret,
a publicis sollemmodo officiis deinceps excludendus.
Vide *Acta Erudit.* 1700, p. 376 seq.

(a) In cognitione historiæ Germanicæ omnibus Juris Publici
scriptoribus palmarum præripuit *Illustris Coecejus*. Habet
quoq; multa egregia & singularia *Dn. Titus in Specimina*
Juris

publicandæ, in quibus pro justitia causa pugnetur, & argu-
menta adversæ partis refellantur? Nec est quod dicas,
armis opus esse, non calamo, ad vindicanda jura. Prin-
ceps sapiens amicam prius compositionem tentat, quam
arma arripiat: Si vero pugnandum sit, rationes pro justi-
tia armorum suorum in publicum eniti jubet, ut videat
orbis, non queri belli auxilia, nisi ubi pax obtineri haud
potuit. Jus Romanum, quatenus in Germania receptum
sit, nostrum non est disquirere. Id pro certo habemus, civi-
lis doctrinæ studiosum, si hodiernam Jurisprudentiam faciem
spes, eo carere non posse, modo observet forensim & prag-
maticam Jurisprudentiam magis, quam subtilem theoriam
sectandam sibi esse, si Jurisconsulti magnum nomen mereri
velit; modo porro notet, esse quidem multa egregia & cum
ratione convenientia in Jure Romano, sed esse quoque multa,
qua ad nostrum statem applicare nequeunt, esse denique
multos naves, quorum nonnullos ostendit, & plures, si ab
aliis negotiis ipsi vacaret, ostendere posset Antecessor noster
primarius Dn. Zollius, quem honoris causa nominamus, modo
tandem caveat, ne sit purus putus Civilista. (b) De Jure feudal-
& ecclesiastico alii dispiciant. Nobis prolixioribus esse non
licet. Manum igitur de tabula.

Juris Publici, qui & ad optimos Autores, ex quibus plura
hauriri possunt, remittit. Der Deutsche Reichs-Staat est
satis luculentum Juris publici systema, & cum judicio
congestum, quod velim legant relegendaque Studioſi.

(b) Talis erat Jo. Otto Tabor, magni nominis JCtus, sed nimio
Juris Rom. amore fascinatus. Evocaverat illum Argentorato, ubi jurandocebat, Dux Megapolitanus, ac Can-
cellarii munus ipsi demandaverat. Tulisse is aliquando
perhibetur in sanctiori Senatu suffragium, eo tendens,
instituendam esse contra milites, qui traictum Gustrovic-
ensem invaserant, actionem Legis Aquiliz. Vid. Deut-
schen Reichs-Staat Tom. II. Part. II. p. 82.




(46)

PRÆSES
RESPONDENTI SUO

S. D.

PERmitte, queso, Generose Amice, ut mei in Te affectus abundantia sub discessum Tuum publico indicio declarem, ac, cum aliter non possim, vel hac saltē ratione nostram consuetudinem absenti subinde in memoriam revocem. Non expectabas a me verba fucata, sed qualem me semper expertus es, sincerum & candidum, talem & hæc epistola ostendet, Id vero absque adulatio[n]e dicere possum, & mecum dicent omnes boni, quotquot Tecum versati sunt, Te vitam Academicam, quam non pauci pudenda licentia & segnitie contaminare haud erubescunt, decore & prudenter instituisse, talemque Te apud nos gesisse, ut omnia boni & seduli civis officia diligenter a Te fuerint observata, Hos scilicet fructus produxit prudentissima educatio, qua ad bonam mentem a teneris Te eruditiv Generosus Parens, Hinc & sape milii gratulatus sum, talem habere discipulum, ac per integrum biennium, quo a me doceri voluisti, id sedulo operam dedi, ut judicium Tuum, quo inter reliquias animi dotes præcipue emines, firmarem atque expolirem. Cui labori, uti divinam benedictionem ex animo sum appræcatus, ita nec ille, nisi omina me fallunt, successu destitutus fuit. Pergis nunc ad regiones extreras, ut ibi, ceu in latiori campo, omnis exempli documenta in illustri posita intuearis, indeque Tibi & Republicæ, quod aliquando feliciter in usum transferre liceat, capias. Annuat supremus rerum nostrarum Arbitrus Tuis conatibus, mihiique tam felici esse concedat, ut de Tua incolumentate ac exoptato rerum Tuarum statu & incremento crebriora ad me indicia perferantur. Vale, amantissime Auditor, & mei monitorumque, quæ ad profectus Tuos promovendos dedi, memor esto constantissime.






VD 18

ULB Halle
005 475 155

3





No: 586.
1708, 16
2

Q. D. B. V.
DISSERTATIO
De
**ERUDITIONE
POLITICA,**
Oder /
**Wie man cavalierement
studieren solle ?**

Quam
*IN ILLUSTRI
ACADEMIA HASSO-SCHAUMBURGICA,
P R E S I D E*

**FRIDERICO WILHELMO
BIERLINGIO,**

HISTOR. ET ELOQV. PROFESS. ORDIN.

Modesto Eruditorum examini offert

RESPONDENS

FRIDERICUS LUDOVICUS ab HAUS.

Ad diem Mens. Mart. Ano. 1708.

H. L. Q. C.

RINTHELI,
Literis HERMANI AUGUSTI ENAX, Acad. Typogr.

